## Atanazijevo vjerovanje (Symbolum Athanasianum)

**Ant.** Glória tibi, Trínitas æquális, una Déitas, et ante ómnia sǽcula, et nunc, et in perpétuum. (T.P. Allelúia)

**1.**Quicúmque vult salvus esse, ante ómnia opus est, ut téneat cathólicam fidem:
**2.**Quam nisi quisqui íntegram inviolatámque serváverit, absque dúbio in ætérnum períbit.
**3.**Fides autem cathólica hæc est: ut unum Deum in Trinitátem in unitáte venerémur.
**4.**Neque confundéntes persónas, neque substántiam separántes.
**5.**Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, ália Spíritus Sancti:
**6.**Sed Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti una est divínitas, æquális glória, coætérna maiéstas.
**7.**Qualis Pater, talis Fílius, talis Spíritus Sanctus.
**8.**Increátus Pater, increátus
Filius, increátus Spíritus Sanctus.
**9.**Imménsus Pater, imménsus Fílius, imménsus Spíritus Sanctus.
**10.**Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, ætérnus Spíritus Sanctus.
**11.**Et tamen non tres ætérni, sed unus ætérnus.
**12.**Sicut non tres increáti, nec tres imménsi, sed unus increátus, et unus imménsus.
**13.**Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, omnípotens Spíritus Sanctus.
**14.**Et tamen non tres omnipoténtes, sed unus omnípotens.
**15.**Ita Deus Pater, Deus Fílius, Deus Spíritus Sanctus.
**16.**Et tamen non tres Dii, sed unus est Deus.
**17.**Ita Dóminus Pater, Dóminus Fíllius, Dóminus Spíritus Sanctus.
**18.**Et tamen non tres Dómini: sed unus est Dóminus.
**19.**Quia, sicut singillátim unamquánque persónam Deum ac Dóminum confitéri christiána veritáte compéllimur: ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica religióne prohibémur.
**20.**Pater a nullo est factus: nec creátus, nec génitus.
**21.**Fílius a Patre solo est: non factus, nec creátus, sed génitus.
**22.**Spíritus Sanctus a Patre et Fílio: non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.
**23.**Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Fílius, non tres Fílii: unus Spíritus Sanctus, non tres Spíritus Sancti.
**24.**Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil maius aut minus: Sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt et coæquáles.
**25.**Ita ut per ómnia, sicut iam supra dictum est, et únitas in Trinitáte, et Trínitas in unitáte veneránda sit.
**26.**Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitáte séntiat.
**27.**Sed necessárium est ad ætérnam salútem, ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.
**28.**Est ergo fides recta, ut credámus et confiteámur, quia Dóminus noster Jesus Christus, Dei Fílius, Deus et homo est.
**29.**Deus est ex substántia Patris ante sǽcula génitus: et homo est ex substántia matris in sæculo natus.
**30.**Perfectus Deus, perféctus homo: ex ánima rationále et humana carne subsístens.
**31.**Æquális Patri secúndum divinitátem: minor Patre secúndum humanitátem.
**32.**Qui, licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.
**33.**Unus autem non conversióne divinitátis in carnem; sed assumptióne humanitátis in Deum.
**34.**Unus omníno, non confusióne substántiæ: sed unitáte persónæ.
**35.**Nam sicut ánima rationális et caro unus est homo: ita Deus et homo unus est Christus.
**36.**Qui passus est pro salúte
nostra: descéndit ad ínferos: tértia die resurréxit a mórtuis.
**37.**Ascendit at cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos.
**38.**Ad cuius advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis: et redditúri sunt de factis própriis ratiónem.
**39.**Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam: qui vero mala, in ignem ætérnum.
**40.**Hæc est fides cathólica, quam nisi quisque fidéliter firmitérque credíderit, salvus esse non póterit.
Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in sǽcula sæeculórum. Amen.

**Ant.**Glória tibi, Trínitas æquális, una Déitas, et ante ómnia sǽcula, et nunc, et in perpétuum (T.P. Allelúia).

V.Dómine exáudi oratiónem meam.
R.Et clamor meus ad te véniat.

*Sacerdotes addunt.*
V.Dóminus vobíscum.
R.Et cum spíritu tuo.

Oremus.
Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fídei, ætérne Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia maiestátis adoráre unitátem: quǽsumus; ut, eiúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.
R.Amen.

***

**Ant.**Slava tebi, Trojstvu jednaku, jedinu božanstvu, i prije svih vijekova i sada i u vijeke vijekova. (V.V. Aleluja)

**1.**Tkogod se želi spasiti, taj mora prije svega čvrsto ispovijedati katoličku vjeru,
**2.**a tko je ne sačuva u cijelom njenom sadržaju, taj će biti zauvijek izgubljen.
**3.**Ovo je katolička vjera: Slavimo jednoga Boga u Trojstvu i Trojstvo u jedinstvu
**4.**bez miješanja osoba i bez dijeljenja biti.
**5.**Jedna je osoba Oca, druga osoba je sinovljeva, a treća je osoba Duha Svetoga.
**6.**Ali i Otac i Sin i Duh Sveti imaju samo jedno božanstvo, istu slavu i jednako vječno veličanstvo.
**7.**Kako Otac, tako Sin, tako Duh Sveti.
**8.**Nestvoren je Otac, nestvoren je Sin, nestvoren je Duh Sveti.
**9.**Neizmjeran je Otac, neizmjeran je Sin, neizmjeran je Duh Sveti.
**10.**Vječan je Otac, vječan je Sin, vječan je Duh Sveti.
**11.**A ipak nisu tri vječna nego je jedan vječni.
**12.**Tako nisu ni tri nestvorena, ni tri neizmjerna, nego je jedan nestvoreni, jedan neizmjerni.
**13.**Tako je svemoguć Otac, svemoguć Sin, svemoguć Duh Sveti,
**14.**a ipak nisu tri svemoguća nego je jedan svemogući.
**15.**Tako je Otac Bog i Sin je Bog i Duh Sveti je Bog,
**16.**a ipak nisu tri Boga, nego je samo jedan Bog.
**17.**Tako je Otac Gospodin, Sin Gospodin, Duh Sveti Gospodin,
**18.**a ipak nisu tri Gospodina, nego jedan Gospodin.
**19.**Jer kako po kršćanskoj vjeri ispovijedamo svaku osobu kao Boga, tako nam katolička vjera zabranjuje priznati tri Boga i tri Gospodina nego jednog Gospodina.
**20.**Oca nitko nije učinio, niti stvorio, niti rodio.
**21.**Ni Sina Otac nije učinio, niti stvorio nego rodio.
**22.**Duha svetog nisu učinili ni Otac, ni Sin, niti stvorili, niti rodili, nego iz njih proizlazi.
**23.**Tako je jedan Otac, a ne tri Oca, jedan Sin, ne tri Sina, jedan Duh Sveti a ne tri Duha Sveta.
**24.**U tom Trojstvu ništa nije prije ili poslije, ništa više ili manje nego su sve tri osobe u sebi jednako vječne, jednako velike,
**25.**tako da u svemu, kako je prije rečeno, poštujemo kako jedinstvo u Trojstvu, tako Trojstvo u jedinstvu.
**26.**Tko, dakle, želi biti spašen, mora vjerovati to o Svetom Trojstvu.
**27.**Ali za vječno spasenje potrebno je vjerovati u utjelovljenje našega Gospodina Isusa Krista.
**28.**A ovo je prava vjera: moramo vjerovati i ispovijedati da je Gospodin naš Isus Krist Sin Božji, Bog i čovjek.
**29.**On je Bog jer je iz Očeve supstancije od vječnosti rođen, čovjek jer je od supstancije majke rođen u vremenu.
**30.**Potpuni Bog, potpuni čovjek, koji se sastoji od razumske duše i čovječjeg tijela,
**31.**Ocu jednak u božanstvu, manji od Oca po ljudskoj naravi.
**32.**A jer je istovremeno Bog i čovjek, tako ipak nisu dva Krista nego jedan Krist.

**33.**Jedan pak, ne kao da bi se božanstvo pretvorilo u tjelesnost, nego jer je Bog uzeo ljudskost.
**34.**Jedan potpuno i čitav, ne po povećanju bića nego po jedinstvu osobe.
**35.**Jer kako razumska duša i tijelo tvore jednog čovjeka, tako je Bog i čovjek samo jedan Krist.
**36.**On je zbog našeg spasenja trpio, sišao nad pakao i treći je dan opet uskrsnuo,
**37.**uzašao na nebo, sjedi s desne strane Boga, svemogućeg Oca, odatle će doći suditi žive i mrtve.
**38.**Kod njegovog ponovnog dolaska svi će ljudi uskrsnuti u svojim tijelima i dati račun o svojim djelima.
**39.**Oni koji su činili dobro, ući će u vječni život, koji su činili zlo, u vječni oganj.
**40.**To je katolička vjera. Tko je vjerno i čvrsto ne čuva i vjeruje, ne može se spasiti.
Slava Ocu i Sinu i Duhu Svetomu.
Kako bijaše na početku, tako i sada i vazda i u vijeke vjekova. Amen.

**Ant.**Slava tebi, Trojstvu jednaku, jedinu božanstvu, i prije svih vijekova i sada i u vijeke vijekova. (V.V. Aleluja)

R.Gospodine, usliši molitvu moju.
O.I vapaj moj k tebi da dođe.

*Svećenik doda.*
R.Gospodin s vama.
O.I s duhom tvojim.

Pomolimo se.
Svemogući vječni Bože, koji si nam, svojim slugama, udijelio
milost da u svjetlu prave vjere veličanstvo Vječnoga Trojstva znamo i u tom veličanstvu Jedinstvu klanjamo, udijeli nam čvrstu vjeru, da i u najtežim nevoljama od staze krjeposti ne odstupimo i da nas ništa od Tvoje ljubavi ne odijeli. Po Gospodinu našemu Isusu Kristu, Sinu Tvojemu, koji s Tobom živi i kraljuje u jedinstvu Duha Svetoga, Bog, po sve vijeke vijekova.
O.Amen.

